GRATULATIO GENERALIS

de

PACE UNIVERSALI GERMAN. RESTITUTA

CONTRA RUS ex BELLI DAMNIS,

ad

IPSAM GERMANIAM NO-STRAM.

Si quid ingenio humano est Lucis: cujus fectu rem aliquam nuncupare possimus nomine convenientissimo: id mihi, quantum judicare valeo, in o maxime videtur eminuisse homine: qui hominem natura feliciâs et exemplar hujus universi primus appellavit. Etenim si structuram ejus considero, membrorumque omnium harmoniam atque amicitiam: ego quidem eo animum induco meum: ut credam ac statuam, suavissimam esse comparationem ac similitudinem inter humanum corpus, et illud quod mundum, seu rerum creatarum omnium ordinatam compagem vocamus. Neque verò heic quicquam de concinno ordine amœna pulchritudine, quibus conveniant hæc ambo, commemorabo. Tam amœna siquidem pulchritudine ornata, tam bene ordinata in o sunt omnia, ut nihil ad magnificentiam magnificentius, nihil ad decorem decentius, ad ordinem nihil concinnius, imò nihil ad sapientiam sapientius ac perfectius excogitari ac ne fingi quidem possit. Non isto, a, quæ pulchritudinem ac concinnum